



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XCV. Bischof Heinrich bewilligt dem Kloster Pforte einen Ablass, am 2. Juni 1268.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

recipiendas atque colligendas redemptiones uotorum crucis sit specialiter deputatus et quod omnia et singula, que in eiusdem proficie ac Lyuonie subuentionem, dicto fratri Cunrado predicatori crucis offeruntur, Omni dubio remoto ad utilitatem sepe dictarum terrarum fideliter conuertuntur. Omnibus etiam qui ad sollempnem ipsius predicationem Cauſa deuotionis acceſſerint, Quadraginta dies, de inuncta ſibi penitentia, dum modo dyoceſani conſenſus accedat, miſericorditer relaxamus. Datum Sygezere, Anno domini M. CC. LXVI, Pridie Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno tercio.

XCIV. Biſchof Heinrich bewilligt dem Kloſter Pforte einen Ablaß, am 2. Juni 1268.

Henningus Dei gratia Brandenburg eccleſie Epicoſopus uniuerſis Chriſti fidelibus in ſalutis auctore ſalutem. Cum opus pietatis ualet ad omnia habens in ſe repromiſſionem uite preſentis que nunc eſt ſecundum apoſtolum et future; Inde eſt quod uniuerſitati ueſtre notum eſſe uolumus, quod nos eccleſiam Beate et glorioſe uirginis Marie in Porta pietatis oculis intuentes omnibus qui in feſtiuitatibus Domine noſtre et in dedicatione ac in anniverſario ipſius eccleſie dedicationis die cum deuotione uenerint ad eandem et oblationes ſuas ibidem ad ſtructuram obtulerint de miſericordia Jheſu Chriſti loci dioceſani conſenſu accedente quadraginta dies et unam quadragenam de inuncta ſibi ſuper contritionis et confeſſionis penitentia miſericorditer indulgemus, hac noſtra indulgentia uſque ad conſummationem ipſius monaſterii duratura. Datum Brandenburg, anno domini M^o. CC^o. LXVIII^o. quarto Nonas Junii, pontificatus noſtri anno V.

Nach Gercken, Siſte-hiſtorie von Brandenburg S. 475 u. 476.

XCVI. Die Markgrafen von Brandenburg, Johann, Otto und Konrad, ſchenken dem Domcapitel in Brandenburg die Pfarrei Reßow, am 17. Februar 1269.

— Johannes, Otto et Cunradus, dei gratia Brandenburgensis marchiones, — ob reuerentiam et honorem nominis Jheſu Chriſti et ob reuerentiam beati Petri, apoſtolorum principis, nec non pro animarum noſtrarum ac inclitorum predeceſſorum noſtrorum remedio et ſalute, parrochiam uille noſtre Rizzowe cum iure patronatus ac cum omni juris integritate et libertate et cum omnibus appendiciis ejus: pratis ſcilicet et paſcuſ dedimus et contulimus de approbatione et conſenſu uenerabilis patris domini Heinrichi Brandenburgensis epicoſopi, cathedrali eccleſie in Brandeborch proprietatis titulo in perpetuum poſſidendam, renunciantes ſimpliciter et expreſſe omni juri, quod habuimus hactenus in eadem, ea tamen conditione appoſita, ut omnes ipſius eccleſie redditus perſonarum in eadem eccleſia degentium et ſub regula ſancti Auguſtini deuote famulantium Jheſu Chriſto uſibus, quoad conſolationem ejusdem eccleſie perſonis in earundem reſectorio et non alibi faciendam annis ſingulis ſine diminutione aliqua applicentur, uolentes nichilominus ad hec, ut de dicte eccleſie prouentibus in anniverſario patris noſtri, marchionis Johannis felicis memorie, quod annis ſingulis deuote cum ſollempnitate peragent, perſonis in reſectorio unius talenti ſeruicium miniſtretur. Ut